



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

2. De Effectibus Excommunicationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

Anathema ab excommunicatione Essentialiter non differt. Dicitur enim *anathema* quasi separatio alienus ab Ecclesia, tamenquam maledicti & Execrandi. Hæc vox Anathema adhibetur & usurpatur interdum ad significandas accidentales solemnitates & ceremonias adhibeti solitas in Excommunicatione, videlicet ut 12. Episcopum Presbyteri circumstent, qui lucernas ardentes in manibus teneant, easque in terram proijcant, & conculcent in detestationem excommunicati.

C A P. II.

De Effectibus Excommunicationis.

Primus Effectus est. Excommunicato sacramenta suscipere non licet; validè tamen ea suscipit, excepto sacramento pœnitentiæ. Excusat tamen periculum mortis, infamiae, scandali, &c. quia lex & Censura Ecclesiastica non obligat cum tanta severitate.

Secundus Effectus. Excommunicatus priuatur communibus Ecclesiæ suffragijs & satisfactionibus.² Ratio, quia horum spiritualium bonorum Ecclesia vel Domina est, vel dispensatrix, ut proinde ea indignis & concumacibus denegare possit ob maius convenienter publicum tum ipsorum met excommunicatorū.

N.B. Excommunicatus non peccat emanendo è Missa die festo, nec tenetur se disponere, quia ea dispositio est valde remota.

Excommunicatus, per quem stat quominus absolvatur, videtur peccare contra Ecclesiasticum præceptu, quando in Paschate se disponere negligit ad percipienda Sacraenta Pœnitentiæ, atq; Eucharistiæ. Ratio, quia illa præcepta per se obligat ad mundâdâ animam, & consequenter ad tollenda vincula tum

mortalium p̄ccatorum, tum etiā excommunicationis

Excommunicatus, licet emendatus sit, quandiu
4 tamen absolutionem non accepit, non videiurgan-
dere suffragijs Ecclesiarum, & quia Excommunicationis
pura pœna, potest manere etiam sublata culpa.

Quartus Effectus. Excommunicatio interdictum
5 est usus actius, seu administratio sacramentorum
(idque iure fit ab Ecclesia, cum ministerio Sacra-
rit ministerium publicum, Ecclesie commissa à Chri-
sto, ut proinde indignis ac contumacibus interdic-
ti re iure possit. Excipe necessitatem. Valet tamen
sacramentum administratum ab excommunicato;
cepto pœnitentiaz, quippe ad quod iurisdictione
quiritur, qua excommunicatus non toleratus can-
quippe ipsi allata præterquam si publicus error
cum titulo præsumpto inrerueriat.

Excommunicato prohibitum est diuinum officium
6 celebrare, ut Sacrificium Missæ; Excommunicatus
præsens sacrificio Missæ, expellendus a laicis; quo
non fieri potest, sacerdos ab altari recedere debet
te Canonem: Prohibitæ publicæ horæ canonicae
processio, &c. tamen priuatim horas orare debet
ex propria iniquitate commodum ferat, priuatum
iam fructibus, non potest dicere Dominus vobis
cum, sed si dicat, non mortale.

Quintus Effectus. Excommunicatus inhabili-
7 ad Ecclesiastica beneficia, quare electio aut præ-
tatio irrita est, etiam ignorans excommunicationis
tum qui bona fide accepit beneficium, si cognoscatur
tenetur relinquere, non tamen fructus, si inde dis-
factus non est, teneatur reddere. Ratio Conclu-
sio assumptio ad beneficia, est communicatio Eccle-
sticæ; alia ratio, reg. c. vlt de clericis excom. Prohibi-
tio

cationis
quamdi-
catur
icationis
pa.
terdici-
entoru-
o Sacru-
ta à Ch-
nterdis-
amen S-
icato;
di&ctio-
atus can-
errotfa-
ina off-
munica-
cis; quo-
e debet
canoniz-
e debet
priuatu-
inus vo-
nhabil-
aut pra-
icationis
i cognos-
inde dim-
Concl Q-
tio Eccle-
Prohibi-
exc

exercitio actus, censetur prohibitum illud omne, per quod peruenitur ad illum actum.

Excommunicatus incapax est pensionis Ecclesiasticæ ; quia pensio datur propter officium, quo non potest prestatre Excommunicatus, est incapax.

Si excommunicatus in contumacia, vel mora pretendæ absolutionis persistens , officium suum nec per se, nec per alium obeat, fructus beneficii nō potest percipere: si vero præster, quamvis peccet, potest tamen retinere fructus in foro conscientiæ, quia in externo foro indigens censetur, ut alatur ex bonis Ecclesiæ. Quod in conscientia retinere propriè patet, quia idem, quod priuatus redditibus id publico iure expellit, si scilicet, V. C. Parochus occultè sit excommunicatus, & faciat suum officium.

Si excommunicatus à contumacia recessit, neque per eum stat, quominus absoluatur, fructus beneficii percipere potest, licet officium suum non præster, quia nō potest: sicut & beneficiarius infirmus percipit fructus, esto culpa sua causam infirmitati præbuit, quia legitimè impeditus.

Ad beneficium legitimè electus , si postea in excommunicationem lapsus est, non potest durante excommunicatione acceptare illud.

Sextus Effectus Rescriptum Sedis Apostolicæ ab excommunicato impetratum non valet.

Septimus Effectus Excommunicatus non toleratus omni exercitio Ecclesiasticæ iurisdictionis priuatus est; quare nec eligere nec præsentare potest, potest tamen assistere matrimonio.

Octauus Effectus. Excommunicatio hominem priuat communicatione forensi: Si tamen actor, aduocatus & testis in iudicio, neque à Judice, neq; per

M 5 aduersarii

aduersarii exceptionem repellentur, aucta eorum va-
lent: securus est de Iudice non tolerato, cum Iurisdictio-
ne careat; quia substantia iudicij vitiatur, si defec-
sit in Iurisdictione.

15 Neq; Tabellionis excommunicati ac vitandi in-
strumentum authenticum censerri potest.

16 Nonus Effectus. Excommunicato prohibitae
omnis politica fidelium (haereticorum etiam) con-
municatio per literas, nutus, munera, si conueniat
ut socii formaliter, non vero praeter intentionem
praeterquam in casibus, iure aut necessitatis ratione
exceptis; cuiusmodi comprehenduntur in his re-
gulis:

Vtile, lex humili, resignata, necesse.

Vtile, id est, notabilis utilitas corporalis & spi-
ritualis; exhortatio, eleemosyna, Consilium. *Lex*,
est, matrimonialis, etiam in mensa, utroque, quia
in correlatis quod statuitur de uno, censetur ea
de altero statutum. *Humile*, id est, humilitas subiec-
tionis, filiorum in parentes, &c. & personae subiec-
tionis, domini in diuinis, v. c. lectione horarum possunt
municare cum Dominis. *Resignata*, siue ignora-
tia tam iuris, quam facti.

17 *Necesse*, Necesitas communicandi cum exco-
municato, ratione delictorum, contractuum bi-
fide, & emptionum.

18 Decimus Effectus est; Si Excommunicatus am-
integro excommunicatione contumaciter perfur-
ret, de heresi suspectus redditur.

19 Undecimus Effectus: Si excommunicatus am-
absolutionem moriatur, sepultura Ecclesiastica pa-
uatur; quia haec censetur quedam cum mortuo con-
municatio: Sacris autem Canonibus institutum est
yrg

ut quibus non communicamus viuis, neque mortuis
communicemus, c. sacris de lepult. Si tamen signa
penitentiae etiam post mortem edidit, absolvi de-
bet: qui vero ex contumacia sepeliri presumunt ex-
communicatos, ipso facto excommunicationem
incurrunt.

C A P. III.

*De Panis, quae incurrintur ob communicationem
cum excommunicato.*

Communicare cum excommunicato in crimen
crimino scilicet, id est, in illo scelere propter
quod quis excommunicatus fuit, incurrit Excommu-
nicationem maiorem secus minorem.

Communicare cum excommunicato in diuinis seu
rebus sacris est mortale, quia valde repugnat autho-
ritati Ecclesiasticae & dignitati rerum sacrarum, si ad
has, quae maximè propriæ sunt filiorum Ecclesie, ad-
mittantur, qui ab Ecclesia praescisi sunt. Nisi paruitas
materiæ excusat, v. c. legere priuatim horas secluso
scandalo & contemptu; quia hæc priuata communi-
catione non continet tantam deformitatem.

Communicare cum excommunicato in rebus
politici, plerunque est veniale: quia huiusmodi
communicatio est leuis, & non admodum repu-
gnans fini excommunicationis: quippe cum per
se primo ac direc[t]e prohibetur usus rerum spiritu-
alium.

Communicare cum excommunicato, tum in sa-
cra, tum politici sine iusta causa incurrit excommu-
nicationem minorem.

N.B. Excommunicatio minor est censura per se so-
lum